gato. Nec dolor assit Nubila mēs ē: Unq  
cta q̄ frenis Hecubi regnāt. Insup m̄lto me  
li⁹ ē gaudio carere: q̄ de gaudio habitō post/  
modū dolere & tormēta sētire. Nāt scriptu  
ra dicit. Extrema gaudi⁹ luct⁹ occupat Un  
i Grego⁹ Jure restat ut q̄t pri⁹ i mūdo incoh  
lumes habuimus gaudia. tot postmodū de ip  
so cogamur sētire tormēta. Et videtur īiti  
ei quod ī apocalypsi de babylone scribitur  
Quātū glorificauit se & ī delicijs fuit rātū  
date ei tormētu & luctū. Deniq⁹ leta nō sūs  
q̄renda et de tristib⁹ nō est cōqrendū: quod.  
pl⁹ cōferunt tristia q̄ leta. Un⁹ Gregorius.  
Solet leticia arcana mētis ap̄ire atq⁹ ap̄ie  
do amittere. Aduersa vero cū nos exterius  
deprimit: ī teri⁹ cautiōres reddūt. Porro  
dicit Cassiodorus. Sequēti gaudio cōfere  
dulcediēm p̄missat tristitia. Et pfecto inde

# Liber

sequit: q̄ carentiam dani gaudij eo est appre-  
tēda: quo futuro gaudio celesti p̄fert dulcej  
dīnē. Ita sane ut semp plus sapiat: qđ qđē  
omni p̄ualet gaudio p̄senti: sicut eternū tēj  
porali. Itē de carētia illi⁹ gaudij nō tristej  
ris: qđ respectu veri gaudij in dñō habēdo  
veracit rationē habet meroris. Un⁹ Bern⁹.  
Illiud reuera vez est gaudiū t̄ solū: qđ non  
de creatura sed de creatore cōcipit: qđ cum  
possederis nemo tollat a te: cui p̄parata oīs  
aliū de iocū dītas meror est: oīs suauitas dōj  
lor est: omne dulce amaz: omne decoz fedū  
omne aliud qđ delectari possit molestū. hec  
Bern⁹. Preterea eo carere bonū est: qđ aīa  
sanctis meditationib⁹: que vtqz rectum  
iudiciū promouēt: occupata exiliū reputat  
v̄l carcerē aut luctū deputat v̄l merore. H̄  
pfecto aīa spūalib⁹ meditationū incitamēj  
nis occupata: mūdū carcerē v̄l exiliū: ac risū  
et gaudiū luctū reputat et merorem. Unde  
Aug⁹. Per redēptoris nostri mortē de tene-  
bris ad lūcē: de morte ad vitā: de corruptiōe  
ad incorruptionē: de exilio ad patriā: de luctu  
ad gaudiū: de terris ad celeste regnū vocat⁹  
sum⁹. Quecūqz ergo anima sancta talibus  
fuerit incitamētis occupata: nichil cōcupi-  
scit terrenū: nichil trāsitorū: nichil qđ ad

temp⁹ arri⁹det: nichil qđ ad p̄sens delectet: ri⁹  
sugz luctū deputat: et gaudiū in metore cō/  
mutat. Lui mūd⁹ carcer est: celū p̄o habita/  
tio: cui exultatio de p̄ntib⁹ nulla est: qz in illo  
tm̄ gaudere appetit q̄ sup oēs est. hec Aug⁹.  
Idcirco etiā gaudia de exteriorib⁹ nō sunt  
expetēda: qz nō sūt durabilia. Unī Seneca  
Qui ad gaudiū habendū durable se dīn/  
git: ad interiora se cōuertat. Vnde inq̄t boni  
gaudiū ē ex bona p̄scietia. Tu iudicas illū  
gaudere q̄r̄det: anim⁹ esse debet alacer⁹ fidēs  
et sup oīa rect⁹. Lōcula oīa ista q̄ forinsec⁹  
splendēt et de tuo gaude. Quid est autē te tuo  
id est: de teipso et de tua optima parte. volo  
tibi nunq̄z deesse leticiā. volotib⁹ illam domi  
nasci: nascit̄ autē domi si itra te sit. hec Sen⁹  
Gaudia etiā de exteriorib⁹ sūt minora gau/  
di⁹s īternis: et ideo nō ē curandū de eis. Unī  
Ecclesiastic⁹. Non est inquit oblectamentū  
sup cordis gaudiū. Dicit cordis: nō corpis  
ad differētiā risus corporalis: ad differentiā  
salt⁹ v'l circuit⁹ chorealis: ad differentiam  
omnis ignominiose exultationis. De qua  
Salomo dicit in Proverbīs. Stultorū  
exultatio ī ḡmīa Igit̄ gaudiū ī dño tāqz mai⁹  
bonū est semp p̄ferendū: et p̄ eo p̄sequendo  
gaudiū mūdāni carētia letanter est ferenda

# Liber

Unū glosa sup illud aplī. Gaudete ī dño sp  
dicit sic. Nō ī sclo: s̄ ī dño. id est. om̄e bō  
nū vnde gaudendū est: statuite ī deo nō ex  
tra. Sicut enī nō potest homo duob⁹ dñis  
fuire: sic nemo potest ī sclo gaudere et ī  
dño. Amic⁹ enī hui⁹ mūdi ī nīmīc⁹ dei re/  
putabat Multū īter se hec q̄ gaudiā dif̄  
ferūt sūtqzoīno cōtraria nec si ml' ī eodē ēē  
possūt Hec ibi. Carētia ī gīt mūdanī gaudiū  
nō ē nisi remotio obstaculī respectu gaudiū  
īn deo habēdī qđ solū ē verū gaudiū cui cō  
parata oīs aliūde iocūditas meror ē. Pro/  
pter h̄ ergo gaudiū tam cōsolatoriū īn deo  
habēdū :gaude q̄ remotū sit obstaculū p̄cs  
ren̄ tiam mundanorum gaudiōrum.

## De carētia cōfabulatiōis. Ca . ii⁹

**R**ursum de carētia solatiose cōfabula/  
tiōis ī necessaria obseruatōe silētij  
nō cōtisteris: q̄a ab humanis colloquījs se/  
parato p̄pīquior est deus. Unū ī libropah/  
trū dicit̄ de iohanne solitario: Quāto se ab  
humanis curis ī colloquījs seq̄strebāt: tanto  
illi vicinior ī p̄pīq̄or de⁹ erat. Et certe eti⁹/  
am ad cōfabulādū seu colloquēdū. De⁹ em̄  
īn talī īterna p̄pīnq̄tate homini loqtur: s̄m  
illud psalmiste: Audiā qđ loquaſ ī me dñs  
de⁹. Sed ī ecōuerso hō ab aliorūm collo/

qui⁹ sepa⁹ loqtur cū deo. dicēte Hiero .  
**S**apiens nūnq⁹ solus esse potest. et si homi⁹  
 nūm iopia fuerit. loqui⁹ cū deo . **E**t mīrū  
 deus solati⁹ etiā p solatio humano p̄stituit.  
 nob̄s actos lib̄ros solatio habēdos . **Q**uēad  
 modū i lib̄romachabeor̄ de societate et amī-  
 citia mētione facta: sibi ūgitur: **N**os nullo  
 id ġem⁹ habētes solatio ſactos lib̄ros . **N**ō  
 ḡſithoiēs ad cōfabulādū neceſſarij. quādo  
 vicem hominum ſupplent lib̄ri.

### **D**e ſilētio obſeruādo . Ca . iii .

**I**n ſup de censura ſilētij nō tebes cōtri-  
 ſtari: q̄a multa bona ſolzopari . **C**itat  
 em et reclinat peccatū . **U**n Ambro . **P**lu-  
 res em vi di loq̄ndo i n paccatū i cīdīſſe vix  
 quē q̄z t̄cēdo . **S**apiēs ġ est qui nouit tace-/  
 re . **E**ſt etiā virtutū ſudam̄tū **U**n itidē Am-  
**S**ilētij patientia opportunitas loquendi  
 et cōceptus diuinitarū: ſunt maxima funda-/  
 mēta virtutū . **I**tē vincit malū . **U**n . Lb: iſo:  
 Malū hominē tacēdomelius quam respon-  
 dendo vincere potes . **I**tē declinat nocu-/  
 mētu . **U**n Valeri⁹ maxim⁹ **H**olon cū alij⁹  
 loquētib⁹ taceret interrogat⁹ utrū ppterio  
 pia verborū. an q̄ stultus eſſet taceret . **R**ef  
 p̄dīt . **N**eo ſtultus tacere potest . **L**ur igit⁹  
 ſol⁹ līguā choibes? **Q**uis iqt locutū eē me

# Liber

aliquādo penituit. tacuisse nūqz. Juxta illō  
Nā nulli tacuisse nocet: nocet eē locutū. hec  
Latō. Siletiū etiā pbat sapientē vir. Un  
Gen. Taciturnitas stulto homini p sapien  
tia est: tacere q̄ nescit loqui nescit. Itē suat  
secretū r̄ loquendi modū. Un itidē Gen.  
In hoc incubet libeti⁹ audias q̄ loqr̄is.  
Qd tacitū esse velis nemini dixer̄. Aurib⁹  
frequēti⁹ q̄ lingua vtere. Qui cqd dictur⁹  
es ateq̄ alij s tibi dixeris. Itē nutrit gratū  
r̄ ornatū verbū. Un Greg⁹. Quasi quoddā  
nutrimētū þbi est cēsura silētū: r̄ recti qn̄qz  
ex crescentiā fmonis accipit: qui pri⁹ ordī  
nate p humilitatē taceret. Et vniuersaliter  
pdest multū. Un Gen. Nichil eq̄ pterit q̄  
q̄ esceret minimū cū alijs loqr̄ plurimū secū

## De tristitia. Capl' m. iiii.

**C** Etez tristitia non debet te grauare:  
qz remediuū habet laudabile in tua co  
stitutū potestate: deo ad hoc parato specialit  
cooperari. Un Aug⁹. Vis nunq̄ esse tristis  
bene viue: bona vita semp gaudium habet.  
Audi zaplm q̄ admonet dices. Gaudete in  
dño semp. Qd thomas sic postillat. Semp  
gaudet in deo: qz quis cqd malum pueniat est  
incōparabile bono qd est de⁹. r̄ ideo nullū  
malū iterrūpit. Et itez. Aliqñ þo iterrūpit

q̄ tristiciā tēporalē: qđ significat īperfectionē gaudij. Qn̄ enī q̄s pfecte gaudet nō īterrū p̄t de re pax durāte. Audi etiā cūdē aplim monentē nos ut vñ sim⁹ spe gaudētes. Lōstat enī q̄ tristiciā patientē: nō solū cōsolaretur sed etiā statim ei gaudiū sup̄induceret pma ximū certa spe habita te psequēdo post breue vitā: vitā tristicienesciā: om̄i q̄s gaudio sup̄ abūdantē in adeptione gloriōsi regni. Pro fecto ergo pp̄t spem huiuscemodi quecūq; tristia iusti deo fuiētcs patiant̄. nō aliud re stat eis nisi p̄t nō gaudio gratulari: p̄clah ro exēplo quorundā monachoz sub patre. Appolloniodeo seruicētiū. De q̄b̄ in patrū libro sic dicit. Supra modū leticia ⁊ gau diū ierat eis: ⁊ tāta exaltatio: quāta ab ullo hoūm possit haberi in terris. Nullus in eis omnino tristis inueniebat. Monebat eos pater Apolloni⁹ dicens: nō eportere īesse tristiciā his q̄b̄ salus in deo est: spes in regno celoz. Tristen̄ aiebat gētiles: lugēat iudei plan gant sine cessatione pētōres: iusti vero letent̄. Nāsi h̄i q̄ trena diligūt sup̄ caducis rebus letant̄. nos qui tāte glorie spem: ⁊ etni tatis habem⁹ expectationē: cur nō omnino exaltatiōe gloriemur? An nō apl's ita admo net dices. Sēp gaudete: in oīb̄ grās agi ⁊

# Liber

te: hec ibi. Ut etiā de tristitia non tristeris  
Audi verba veritatis dicēs. Tristitia vel  
stra vertet i gaudiū. Profecto si cui pmitte  
re ab eo q̄ esset verat t potens facere promi  
ssum: q̄ om̄es illius lapides veteret in au  
rū: ut q̄z cōgregaret lapides q̄ plures posset  
et maiores. Nūc aut pmittit nobis ab ipso q̄  
veritas ē et potes sup om̄e qđ est: q̄ tristitia  
nra vertetur i gaudiū. ideo multū libenter  
debem⁹ sustinere tristicias hui⁹ mūdi zp̄ssi  
ras. Et pot⁹ plures et maiores. qz secundū  
m̄ltitudinem et magnitudinem dolorū erit m̄l  
ticudo t magnitudo cōsolatōnū. Deniqz fo  
rē tristis rpenitētia duceris specialit de  
pteritis: vt devia q̄ fecisti vel de accū quē  
pegisti aut neglexisti. et dīcis forte ppter e  
uentū tristabilē. quoniā i fortunū ē securū  
puta amissio rerū. vel mēbri pditio. aut in  
firmitas m̄ltū grauis Sed heccine occasio  
tristie nō ē sufficiēs. falli q̄z videris cū de di  
cta cogites cōsequētia mīme forsitan necessi  
tatis. Logita ergo magis. q̄ si p liā viam t ve  
nisses: vel si nō tale opus pegisses. vñ si non  
tale op⁹ neglexisses: dānum multo maius vñ  
piculū aut forte mortē incurrisse. Quicqđ  
i git adūsi tibi acciderit: cogita id deo volē  
te factū esse et pro tuo meliori.

**Q**uod mali sepe meli<sup>9</sup> habēt ī mū/ do q̄ boni . Capitulum. v .

**P**reterea te eo nō debes cōq̄ri q̄ ma-  
li ī h̄mūdo meli<sup>9</sup> habēt q̄z boni . in-  
ducendo ad hoc q̄ relāti quoq; sc̄ David di-  
cētis . Zelaui super iiquos pacē pecatorū vi-  
dēs . vel Hieremie idē sic cōquieret̄ . Quare  
via īpiorū p̄speratur . Aut ceterorum simi-  
lia conq̄rentiū . quia non modicum erras si-  
nō sint tibi signū īn bonū . Dato em̄ q̄ iuu-  
sti de exteriori pace . pl̄ habeat . minusq; ab  
extra q̄ iusti īpugnetur . Ecōuerso tñ iusti de  
interiori pace pl̄ habēt minusq; ab intra ī/  
pugnat. **U**n. **L**assiodorus . Cum peccato-  
res vidēt esse locupletes multisq; dñari po-  
pulis . aut in mundo nō esse qđ timeant . pa-  
cem habere putātur . Sed pax illa cū cōsci-  
entia litigat semp et rigatur ītrisecus : et cū  
hostē nō habeat secū decertat Hec Lassiodo-  
rus . Sed tu cōsidera qđ melius sit : ab extra pacē  
habere aut ab extra . qđ vē p̄iculosi<sup>9</sup> sit ab/  
extra īpugnari v̄l ab intra . Profecto si īn/  
imici hoīs domestici eius . Si dñs aliq; s  
pugnaturus : ītraneos sui exercitus timere  
habeat . m̄t op̄iculosi<sup>9</sup> est q̄z si ab extra ī/  
pugnetur . Qui ḡ iusti sūt melior sor̄s illo/  
rum ē etiā ī hoc mūndo q̄s sit ipsoz p̄cōrum

# Liber

Nā z teste Augustino: oīs īordinat⁹ anim⁹  
fit sibijpsi pena. Insup q̄ mali in hoc mūdo  
pl⁹ q̄ boni p̄sperent. h̄ sit diuīna dispēlatio  
ne ad nře salut⁹ augmentū z glorificatiōis  
documentū. Per h̄ enī boni admonent̄ pos  
tiora: z q̄ mali c̄municare nō possūt. bona q̄/h  
rere sibi v̄l in statu glie reseruata. Suppo  
sito īgīciūcta q̄relā atīquā: q̄ mali in h̄ sc̄lo  
pl⁹ q̄ boni p̄sperent: h̄ qdē erit resurrectio  
nis future: in qua diuīna iustīcia ab oībus  
exigēte p̄cessa bonis ml̄to meli⁹ q̄ nūc mā/h  
lis: z mali's ml̄to pei⁹ erit q̄ nūc bonis: eui  
dēs argumentū. Qd̄ nīmīz argumentū pl⁹  
de bono c̄tinet q̄ sit omne malū in bonoz ad  
uersitate: vel q̄ sit omne bonū p̄speritatis  
ipioz. Denīq̄ audi Chrysostomū proposito  
cordantē. Nemo inq̄t vidēs malignos p̄/h  
speritate gaudere turbef: nō estenī hic retrī  
butio malignitat⁹ neq̄ vtutis. At si aliquā  
do c̄tigerit vt aliqua sit retrībutio vel ma/  
licie v̄l vtutis: nō tamē sīm cōdignū est: sed  
veluti quidā gust⁹ v̄l iustīcie vel iudicij: vt  
q̄ resurrectionē nō credūt talib⁹ doceantur  
Quiādo itaq̄ videm⁹ malignū dītescere nō  
subruamur: z q̄n̄ videm⁹ bonū mala pati nō  
turbemur: illic corona: illic supplicia. Est z  
alīa ratio: q̄z nō potest malus in oīb⁹ mal⁹

# ¶ Decimus

Lxx

esse: sed aliq̄ bona habet: neq; bon⁹ in oīb⁹  
bon⁹ esse s̄z aliqua habet p̄ctā. Quādo ergo  
habet p̄spēritatē mal⁹ .malo .id est: ad malū  
capit⁹ sui est. Lū enī p̄ illis paucis bonis re  
tributionē h̄ic accipit: illiciā pleni⁹ puniet

# ¶ De doloribus.

¶ Ca. vi.

**D**ixi si scires virtutē doloris de dolo  
re habito nō toleres. Ecce enī auferit  
hostib⁹: id est n̄ris tēptatorib⁹ oportunitatē  
alloquēdi nos ad tēptandū. Nimirū sicut i  
cordib⁹ ociosis ⁊ seculariſ gaudiosis hostes  
huiusmodi tenet sua perlamenta ad p̄ficiēdū  
tēptamēta: ita ⁊ ecōtra oportunitatē nō h̄nt  
talit loquēdi dolēti. id est corde tribulato.  
In hui⁹ rei figura de fatuis amicis iob ⁊ si  
ctis ad tēptandū: significationē hostiū aie  
gerētib⁹: dicit̄ in libro Job. Nō loquebant  
ei verbū: vidēbat enī dolorē vehementē sen  
sus ei⁹. Igī de dolore nōdoleas querendo:  
sed ⁊ multo poti⁹ gaudendo dicas. Q felix  
dolor q̄ sic os obstruit pessimi inimici.

# ¶ De lacrimis.

¶ Ca. vii.

**D**ixi de lacrimis nō sic toleres si tu  
scires quā vim haberēt lacrime. Cōtra  
dolores qui p̄pe illo faciēte q̄ dicit̄: in fletu  
solatiū: ipse lacrime quodā solatio dolorēm

# Liber

cordis magnū minūt: ac p̄ter refectiōnē t  
alleuiatōnē mēt̄ ad refrigeratiōnē pectoris  
et solamē tristis cū p̄ oculos exēunt. dolo//  
rē vna secū euaporare faciūt. Un̄ Petrus.  
blesens. s. Multis solatias sūt lachryme et ex  
parte maxīa magnitudiēm doloris minūt  
Dolor siqdē spēm ignis gerit. qui dū plus  
tegit plus ignescit. Un̄ et Ambrosius Pa  
scut freq̄nter lachrime et mētē alleuiant. fle  
tus refri gerat pect̄ et mestū solātur. Est em̄  
pijs affectibus qđam flendi voluntas: et  
plerūq; lachrymis grauis euaporat dolor.  
Rursū fletū et lachrimas. cōsolatio et exul/  
tatio solent sc̄q;. Un̄ ipē saluator dicit Bea  
ti q̄ lugent quoniā i p̄i cōsolabūtur. Et psal/  
mista dicit. Quis seminat in lachrymis i ex/  
ultatione metet. In sup̄ pie lachrime terra.  
cordis irrigat et fecūdāt. Un̄ Gregorij Irrigū  
sup̄ius accipit anima cum se lachrimis  
regnicelest̄ desiderio affligit. Itē ardorem  
cōcupiscentiā sedat. Un̄ itidē Bre flāmā su/  
gestionū dyaboli citi⁹ extīguitvnda lachri/  
marū. Itē omnē spūale ī similitatē sa nant.  
Un̄ in Job de deo dicit. Merētes erigit.  
sospitate. Itē animā mundāt et spōsam re/  
gis celī p̄parant. Un̄ Cassiodorus. flet⁹ ē.  
lauachrū cl̄parū. absoluīō pctōz. Itē oculū

cordis clarificat. Unus Grego Mēs lachrymis baptizata: in cōtēplatōevidet lympis dius. Itē mētis serenitatē et trāquillitatē causant. Unus Chry. Sicut post vehemētes im̄bres mūdus aer et pur⁹ efficitur: ita etiā post lachrymarū pluuias serenitas mētis sequitur atq; trāquillitas. Itē mētē eleuant unus i psalmo. Ascēsōes in corde suo disposerunt i valle lachrymarū. Itē mētē inebriant unus benar. Illas lachrymas vere i vīnum mutare dñm dixerim: q̄ fraterne cōpassiōis affectu inferuore pderūt caritatis: p̄ qua e s̄ tīā ad horā triūpliū im̄memor sobria quadā ebrietate videris. Itē holocaustū impīgat unus Grego. Holocaustū aridū est bonum opus: qđ oratiōis lachryme non impinguant. Holocaustū pingue est hoc bonū opus quod cū agitur etiā lachrymis īpinguatur. Item hoc qđ homo vltra deo impetrabit. Unde. Chrysostomus. Nemo aliquā flēs ad deū accessit qui nō qđ postulauit accepit. Nullus ab eo beneficia dolēter optauit qui nō ī pētrauit Ipse em̄ est qui cōsolatur flētes: dolētes curat: penitētes īformat. Demū si virtutē lachrymarū quā p̄tra gehennam habent agnoscere: nec gehennā multū timeres: nec de lachrymis doleres f̄gauderet. Unus audi

# Liber

verbū cuiusdā epī ad piā matrē Augustīni  
p̄ salute filij lachrymantē. Impossibile est  
inqt̄ tantaz̄ lachrymaz̄ filiū perire. H̄z nō  
min⁹ efficaces sunt p̄ p̄e lachryme ad dele-  
tionē dānabilis culpe. Nēpe cuius omnis  
vita pdīta est: quīqz eterne dānationi pp̄in-  
qz or̄est: p̄ pias lachrymas restituīt̄ in itegrū  
vt vlt̄ri⁹ in eo integer spūs p̄seueret. Un⁹  
Hieronym⁹. Petru⁹ ter negantē in locū suū  
amare restituere lachryme. Un⁹ ⁊ Gregor⁹  
Tēpus redimim⁹ quando pactā vīcā quam  
lasciuiendo pdidim⁹ flēdo reparam⁹. Mi-  
ro etiā modo flet⁹ ⁊ p̄ s̄e lachryme regnū celo-  
z̄ optinēdī ac p̄ p̄sequēs gehennā euadē-  
di p̄ferūt̄ securitatē. Quippe lacrime hui⁹  
modi quasi vīquadā norunt regnū celorum  
obtinere. Un⁹ Greg⁹. Regnū celoz̄ rapi vlt̄  
nřis fletib⁹. qđ nřis merit⁹ nō debet. Unde  
⁊ dicit Augustin⁹. q̄ lacrime violēte sūt̄ in  
pcib⁹. Un⁹ etiā Hieron⁹. O lacrimahumilis  
tua est potentia: tuū est regnū celoz̄: tribu-  
nal iudicis nō vereris. Delictoz̄ tuoz̄ accu-  
satorib⁹ silentiū imponis: nō est qui te acce-  
dere vetet. Si sola int̄res vacua nō redi-  
bis: magis crucias diabolū q̄ pena inferna-  
lis. Quid plura? Un̄cīs iuincibile: ligas  
oīpotētē: inclinas p̄gim⁹ filiū. hec Hieron⁹.

# Vndecimus

lxxii

Sic itaq; teste euāgelio. Regnū celoꝝ vīm  
patifꝝ rviolēti rapiūt illud. Quis c3 ip̄m sibi  
dari postulat p̄cibꝝ lacrimosis. Et breuiter  
tanto min⁹ a p̄solatione modo vacuus eris:  
quāto vberiores lacrimas emiseris. Et tan-  
dē teste Gregorio: momētaneos flet⁹ tuos:  
deus eterno p̄solabitur gaudio.

Vndecim⁹ liber cōtinet cōsolati-  
onū remedia oportuna contra illa  
turbatiua que opponūtur libertati.  
Et habet cap̄la, ix.

i De p̄solatione sup seruitute.

ii De īingo obediētie ⁊ p̄ceptis del.

iii De obediētia supioribꝝ exhibenda.

iv De carentia p̄prie volūtatis.

v De votoꝝ obligatiōne.

vi De mudi relictione.

vii De īgressu religionis:

viii De pressura captiuitatis.

ix De excommunicatiōne et alijs cen-  
suriis iſfictis.

De cōsolatiōe ſuper seruitute, ca. i.

Dimo ergo noli deſuitute ⁊ liberta-  
tis carētia turbari. Sed attende  
q̄ bi q̄ ſerui dicunt; nō ſunt ſimpli

# Liber

citer serui: nec magis oppressi q̄ cōmuniter  
dñi q̄ reputātur liberi. Un. Benar. Volun-  
tati nec leges imperat nec p̄cipes dñianſ  
sed libera est marie si spū dicitur qui a vbi  
spū sibi libertas. hec Bernar. Si ergo co-  
poris conditio te cōtristet: e qđ te merito cō-  
solari poterit videlicet libera cōditō poti-  
oris tue portionis: q̄ se extēdit ad p̄merēda  
gaudia ſēpitera. Dñi etiā qui estimantur  
liberi cōmuniter etiā ſūt ſuis serui magis  
oppressi atq; turpiori addicti fuituti Super  
quē enī plures regnāt: cōstat illū magis ſuū  
effe. Sz pfecto cōmūter accidit q̄ ſup do-  
minos q̄ ppter libertatē min⁹ timet. plures  
regnāt: ſaltē turpes paſſiones qbus magis  
ſuccubere cōſuerēt q̄ timorati: z ideo ſeq̄/  
tur q̄ ſūt magis serui. Un Amb. Seruit  
q̄cūq; vel metu frāgī v̄l delectatiōe irretit  
vel cupiditatib⁹ duci vel iđignatōne exal-  
ſperat vel merore deūcīt. Seruīlis est enī  
oīs paſſio. hec. Ambro. Igitur ſi viſ realiſ  
liber effe: esto bonus: vt potevitans turpitu-  
dines z liber cēſeberis. Un Lulius Liber  
is est estimādus q̄ nulli turpitudini ſeruit  
Un. Augusti⁹. Bon⁹ etiā ſeruit liber est  
malus autem ſi regnat ſeruus est. nec vnius  
hoīs: ſed quod grauius est: tot dñorum quot

victorꝝ. hec Aug<sup>9</sup>. Is q̄pp̄e q̄ facit peccatū  
q̄cūq; dñō glorię. testate salvatore seruus  
est peccati. sc̄ fuitute culpe. a qua filius dei  
q̄ peccatū nō fecit habet liberos reddere.

**D**e iugo obediētie z p̄cepto dei. c. ii<sup>4</sup>

**P**roorro o homo nō debes tristari de pre-  
ceptis dei z iugo obediētie: imo pluri-  
mū gaudere q̄ dignatur deo obediētia a te  
requirere: eo quidē fine vt z tu si feceris qd̄  
requirit: hoc qd̄ ab eo requiri s infallibilit̄  
p̄sequis. Unū Johānes in ep̄la sua. Si co-  
nostrū nō reprehenderit nos fiduciā habem⁹  
ad deū q̄ quicqd̄ petierim⁹ ab eo accipiem⁹  
qz mādata ei⁹ custodim⁹. Unde z ille cecus  
natus z a xp̄o illuminat⁹ dixit. Si quis dei  
cultor est z voluntatē ei⁹ facit hūc exaudit.  
Unū z Isidor⁹. Nō impetrata deo bonum  
qd̄ poscit qui ei⁹ legi nō obedit. Si enī id  
quod deo p̄cipit facim⁹. id qd̄ petimus sine  
dubio obtinem⁹. Hec Isidorus. Neminem  
deo ad impossibile p̄stringit: sed nec ad graue  
aliquid. Iugū enī meū ī nqt suave estet onus  
meū leue. Quippe alleuiat iugū dei remune-  
ratiois effect⁹. Unū sup illud ī Thren⁹. Bo-  
nū est viro cū portauerit iugū dñi ab adole-  
scētia sua: dic glosa. Est iugū dñi leue reles

# Liber

uatū spe remunerationis ētne. Insup alleh  
uiat iū gū dñi amorosus affect⁹. Un⁹ Hiero.  
Nichil amātib⁹ duz: null⁹ labor difficultis  
amem⁹ ⁊ nos xp̄m ⁊ facile vīdebit⁹ esse diffi-  
cile. Nēpe pcepta dñi cū sint funiculi at/  
tractiū ⁊ amoris vincula vnitua: ipsum ho-  
minē ad deū trahūt ⁊ cū deo art⁹ stringunt  
atqz in amore vniūt. De quib⁹ funiculis et  
vinculis dñs p̄ Osea pphetā dīc. In funi-  
culis adā trahā eos: i vīclis caritat⁹. Dicit  
adam: vt pote cui primo preceptor⁹ vīcula  
infecta sunt. Per obediētiā quoqz pceptor⁹  
dei: homo beatā vītā meretur asscq. Unde  
ipse salvator i euāgelio. Si vis vītā i gredi  
fūamādata dei. Deniqz pōdera bonū obediē-  
tie sicut xp̄s pōderauit: ⁊ eū sc̄q nō verecū-  
deris. Unde Bernar. Memētote fratres:  
xp̄s ne pderet obediētiā pdidit vītā. Qui  
i signū q̄ mādato patris obediēto mortē  
sustinebat: i clinato capite tradidit spiritū.  
Inclina ergo ⁊ tu caput tuū: caput aīe, ca-  
put scilicet tue sup be volūtatis: que tanqz  
caput īperat mēbris alijs. Inclina illud  
⁊ humilia te sub potēti manu dei: i mo vel  
sub capite vīpotenti. Quippe ipsi⁹ īmensa  
dignitas hoc requirit ⁊ omnē in hac parte  
verecundia excludit. Magni ḡ valoris est

**V**ndecimus **I**xxiiii  
preceptis dei obedire.

**D**e obedientia superioribus exhibenda. **C**ap'rn. iii.

**S**ed et tanti est alterius superioris preceptis obedire propter deum: cum in hoc magis deo obediatur quam ipsi superiori: dicente apostolo. **S**ervi obedite per omnia dominis vestris: quodcumque facitis ex animo operamini sicut domino et non hominibus: scientes quod a domino recipietis retributionem. Unde et Bernar. Quicquid vice dei precipit homo quod non sit certum displaceere deo haud secus omnino est accipiendum quam si precipiat deo. Unde et Thomas de aquino. Nichil maius homo potest deo dare quam per propria voluntatem propter ipsum alterius subiecti voluntati. Unum in summa virtutum. Multum glorificat deum vere obediens qui facit beneplacitum dei: cum deus hoc ei mandat etiam per vilis personam: et tanto est gloria dei maior: quanto persona illa est viliior. hec ibi. Sed et ulterius tanto magis glorificatur obediens: quanto ipse magis deum glorificat. Et perfecto de primo ad ultimum sequitur: quod quanto viliori quam propter deum obedient: tanto gloriosior ipse erit. **U**nus Aug<sup>o</sup>. Bon<sup>o</sup> si fuerit quod tibi precessit nutritor: tuus es: mal<sup>o</sup> si fuerit temptator: tuus es:

# Liber

et nutrimenta libeter accipe et in temptatione  
approbare. Unum et in summa virtutu. Non te  
moueat magister in perit. Idiscreta potestas  
scilicet quo minus perfecto obediens: non tam bonis et  
modestis sed etiam discholis. Ut autem dicitur  
Bernardus. perfecta obedientia maxime in usum  
pietatis est indiscreta: hoc est non discernere quod  
vel quare sibi principia sunt: sed ad hoc tam nimis ut  
fideliter et humiliter fiat quod a maiori principiatur.  
Perfecto ipsa obedientia qui busuius bonis  
alijs libere facti. propter deum dinoscunt preferenda  
Unum in Ecclesiastico dicitur. Melior est obediens  
dicitur quam stultorum victimae: quia si supponatur illos  
stultos esse quam bonum obedientie non perficiuntur: sed  
negligunt: volentes magis alia per voluntate per  
proxima deo victimare. Numquid dominus in domo  
simonis discubuit. Simo autem obedientes in  
temptatione: et sic dominus simonis est dominus obedientium  
Quid igitur est dominus in domo simonis discu-  
bitus: nisi per obedientiam hoc dominus dei efficitur.  
Denique sicut hominem suam in obedientia de para-  
diso eiecit: ita obedientia in paradisu hominem  
introduxit. Numquid Christus eduxit discipulos  
foras in bethaniam: et benedicens illis ferebat  
in celum. Felix quem ducit dominus in bethaniam: id est  
in domum obedientie. Nam sperare potest per alijs  
quam et ipse post Christum in eodem loco ascensus sis

In celū. Merito aut̄ qui sūt huiusmodi sup  
aliōs exaltātur. exēplo xp̄i: q̄ fac̄ est obediens  
ens vſq; ad mortē: pp̄t qd̄z deus exaltauit  
illū. Porro pfecte obediens paꝝ uel nichil  
pati habet in futuro. Nā in vere obediente  
xp̄s viuit opat̄ur: dic̄te ap̄lō. Uero ego iā  
nō ego: viuit ī me xp̄s. Nec ē verisile q̄ de⁹  
sit ī futuro coꝝ opeꝝ vltor: qz h̄c actor. Sz  
z magni lucrī ē obediētia. Subdit⁹ em̄ pfecte  
obediens q̄si meret p̄tinue: qz nō solū cir  
ca bona exequēdo: sz etiā dubia: qn̄ nō suo se  
sui. Sz s̄esui z volūtati īnititur sui superioris.  
Manifesto enī pctō circūscripto si h̄q̄dei  
iūgitur aliqd pcti v̄l' piculi ī dubio p̄ti  
neret: nō ei esset sed superiori cui⁹ sensui two  
lūtati īnitit īputandū: z sic ei de suis superiori  
rib⁹ potest dici. In manib⁹ portabunt te ne  
forte offendas ad lapidē pedē tuū. N̄imiz  
subdit⁹ nō solū nō peccat sed etiā meretur si  
in dubio obediatur suo superiori: in q̄ casu me  
lior est cōdītio subditi qz sui superioris cui⁹  
obedit: vel quē iūiat in causa probabilit̄ du  
bia: quāuis fm̄ veritatem sit īniusta. Facit  
ad hoc sentētia Augustini habita ī decret̄.  
Pfecto obediētia est q̄si nauis institoris  
Nēpe sicut ille in nauī etiā quiescēs: comeſ  
dēs v̄l' bibēs illuc pcedit quo quidē tendit

# Liber

qz nō suo sū motu mouet alieno: ita z obediēs  
in religiōe etiā qescēdo: comedēdo z bibēdo  
ad portū solutis gueniremeretur.

De carētia proprie volūtati<sup>r</sup>. Ca. iiii

**Q** Etez nō tristis de ppa carentia vo/  
lūratj: q grāde malū esse pdicat: z qua  
cessate hō a grādi malo pseruat. Un Bern.  
Grāde malū est pprā volūtas . Et iterum.  
Lesset volūtas ppa z infernus nō erit. In  
quē ei desciit ignis: nisi i pprā volūtate:  
Nā ppa volūtas deū ipugnat: z aduersus eū  
extollit: ipsa est q paradisi spoliat: infernū  
ditat: sanguinē xpi euacuat: z ditioni dia/  
boli mūdū sbiugat. hec Bern. Deniqz mul  
tū valet ppe volūtati abdicatio: qz pprā  
volūtate abdicās habēsqz prōptū animum  
volūtati dei vel alteri<sup>r</sup> ppē deū obediendi  
in oīb: talis pro insūnitis a deo remunera/  
bitur q nunqz est facturus. Quia qui pfecit  
volūtati alteri<sup>r</sup> suā fā subiecit: is multa et  
maxia quālis vix possibilia scdm equivalē/  
tiā in ordine ad mercedē capiendā iā pfecit  
scz oīa que ille precipere potuit: quālis ea  
realiter non fecerit nec vnḡ factur<sup>r</sup> sit. Un  
Hieronym<sup>r</sup>. Perfecta voluntas faciendi  
pro opere reputat facti. Et iterum. In lege  
opera requiruntur: in euangelio voluntas

**V**ndeclim⁹ **I**lxvii  
q̄ritur: q̄ si effectū nō habuerit tñ premiū  
nō amittit. **U**n⁹ ⁊ Aug⁹. Quicqd vis ⁊ non  
potes: factū dē reputat. **U**n⁹ etiā Greg⁹ Nō  
est man⁹ vacua a munere si arca cordis plena  
na fuerit bona voluntate. Insuper p̄prae volū  
tatis p̄p̄t obediētiā abdicatio opa minora deo  
facit maiorib⁹ esse gratiosiora. **U**n⁹ Thōas  
de aquino. Quia necessitate aliq̄ faciēdi q̄ fm̄  
se nō placēt: p̄ votū obediētiē hō se subijcit  
p̄p̄t deū: ex eo ipso ea que facit sūt deo ma/  
gis accepta si etiā sint minora: qz nichil hō  
mai⁹ deo dare potest: q̄ p̄p̄t a voluntatem  
p̄p̄t ipsū alteri⁹ voluntati sbijciat. **U**n⁹ in col  
laciōib⁹ patrū dicit: deterrimū gen⁹ mona/  
choz esse sarabaitaz: q̄ absoluti a senioz iu  
go h̄nt libertatē agēdi qd̄ libitū fuerit: ⁊ tñ  
maḡ q̄ hi q̄ i cenobij s̄ tegūt. opib⁹. diebus  
⁊ noctib⁹ p̄sumūtur. Hec Thomas.

**D**e votoū obligatiōe. **C**a. v.  
**B** Ursū nō debes tristari sup votoz emissō  
rū obligatione: sed magis solari. **U**n⁹  
Aug⁹. Nō te voulisse peniteat: i mo gaudeti  
bi iā nō licere qd̄ cū tuo detrimēto licuisset.  
Felix necessitas q̄ ad meliora cōpellit. De/  
niq̄ fm̄ Thamā aquinēsem: p̄p̄t tria meli⁹  
ē aliqd̄ facere ex voto q̄ sine voto. Prio: qz  
vouere est act⁹ latric: q̄ est virt⁹ nobilissima:

# Liber

qd autē īperatur a virtute nobilissima mea  
liu⁹ est et magis meritoriu⁹. Secūdo: qz qui  
vouet magis se deo subiicit qz ille qnō vo/  
uet: sicut ille q arborē dat cū fructu: magis  
dat qz qui dat tm̄ fructu. Tertio: qz volūtas  
p votū imobiliter firmatur ad bonū facere.  
Facere autē aliquid ex voluntate ad bonum  
firmata: hoc ad pfectiōne p̄tinet p̄tut⁹. hec  
ille. Sane illd qd cadit sub voto vel scit eē  
bonū: v̄l malū. v̄l qle sit ē dubiū. Si dubiū  
facile poterit ī certū bonū cōmutari. Si  
p̄ bonū q nō est aliud meli⁹. p̄ solatoria de/  
bet esse ad ipsum īplendū obligatio felici ne/  
cessitate existēte q cōpellit nī meliora. Si  
autē tristat: qz aliud incōpossibile meli⁹ est  
eo: facile poterit eo ī meli⁹ cōmutato tristi/  
cia cessare. Immo circa bonū et melius audi  
Bernardū. Ego inqt non arbitror minorā  
vota īpedire debere maiora: nec deū exigere  
qd tanqz sibi pmissū bonū si pro eo melius  
aliqd fuerit p̄solutū. Porro si qdib voto ca/  
dit malū esse dīnoscit. nō tristet votū. qz  
nō est obligatoriū: dicēte Isidoro. In malis  
promissis rescinde fidē: ī turpi voto muta  
decretū: qd incaute vouisti nō facias. Impia  
est pmissio q scelere adīpletur. Deniqz cīr/  
ca id qdēuenit malū fit: doctores sic diffi

Vndecim<sup>9</sup>

lxvii

mūt. Illud inquit qđ in aliq; euētu est bonū  
in aliq; malū: nō obligat nisi p; euentu bono:  
vt votū Iepre: de quo dicit in libro Judicij  
cū. Unū Thomas aquinensis. Quicqd votū  
fiēdū ipediret si pñs eēt: etiā facto voto ob/  
ligationē aufert. Unde si aliqd possibile cū  
vouet postea fiatī possibile: tollit obligatio

## De mūdi relictione. Ca. vi.

**D**romūdū relinqre est vinculata de  
periculosa euadere. Unū Aug<sup>9</sup>. Cula hui<sup>9</sup> mūdi asperitatē habēt verā: falsā  
iocūditatē. certū dolore: incertā voluptatē  
durū labore: timidā quietē. rem plenā misē  
rie: spem beatitudinis ianē. Ecitez. Nūd<sup>9</sup>  
iste pīculosior est bland<sup>9</sup> qz molest<sup>9</sup>. et magis  
cauēd<sup>9</sup> cū se allicit diligi: qz cū admonet co/  
gitqz pītēni. In hoc mūdo nō timere: nō labo/  
rare: nō pīclitari impossible est. Et iterū.  
Ibi nichil nisi fragile plenū periculis: pīq  
pericula puenī ad maius periculū. Pereat  
ergo hec oīa: et dimittam<sup>9</sup> hec vana ziania  
coferamus nos ad solā inquisitionē eorum  
que finē nō habent. Vita hec misera mors  
sc̄cta: cito obrepit: et post h̄ negligētie sup/  
plicia luēda sūt. hec Aug<sup>9</sup>. Quare merito  
mūdus relinqēdus est pīl christū dulcem  
refectionē: qz testate Bernardo: cui ch̄rist<sup>9</sup>

# Liber

Scipit d̄lcescere: necesse ē amarescer mūdū.

**D**e ingressu religionis. Ca. vii:

**E**x pfecto habitare in claustro merito  
plus delectat: qđ paradiso voluptatis  
sparat. Unī P̄tr⁹ ranci. Juxta sententia cor  
dis mei si paradiſus in hac vita pñti est: vñ  
in claustro vel in scholis ē. Quicqđ enī extra  
hec duo ē: plenū ē axietate: inquietudine. ama  
ritudine. formidine. sollicitudine et dolore.

Unī z Bernī. Uere clauſtrū est paradiſus:  
hic prata vīrētia scripturaz: hic parit fluēs  
lachrymaz vndositas: quam de purissimis  
affectib⁹ amor ille eliquat: hic enī sūt arbo  
res eminētissimi chori sanctoz: et nulla est q  
nō mlta fruct⁹ gaudeat vbertate: hic est illa  
ſblimis mēla: in qua d⁹ et cibās est et cibus:  
muncrās et mun⁹: offerēs et oblatū: cōuiua et  
cōuiuū. Hic ɔ geste sunt oīpotentis diuitie  
hic refusa est gloria ageloz. Putasne ociari  
illos qui habitant vnius moris in domo?  
Uideas hūc sacris lectiōib⁹ intendētē: illū  
incubentē orationib⁹: hūc prosuis excessib⁹  
lacrimantē: illū in dei laudib⁹ exultantem:  
hūc vigilante: illū ieiunantē: et officia pietas  
tis sibi inuicē incutere. Nocte consurgunt  
ad confitendū ei. Uespere et mane et meridi  
Die narrant et annūciant eius laudem: et oīs

**V**ndeциm⁹

**I**xxviii

illorum sedulitas in orbem diuinum rotatur  
obsequij. Hec Bernar.

**D**e pressura captiuitat⁹. Ca. viii

**T**usq dū pressura captiuitat⁹ detine⁹  
ris: accessu metis ad deū ire copulsus  
cū p̄fessione laudis vel peccati in solo deo  
solationē habeas: et leteris quēadmodum  
Tobiā de deo loquente dixisse nouim⁹. Ego  
inqt in tra captiuitat⁹ mee p̄fitebor illi. Et  
sequitur. Ego aut et aia mea in eo letabimur  
Sed nō pax est in deo letari: qz bonū hmōs  
leticie que est in deo: qui bonū est infinitū:  
dure captiuitatis malo quātitate quodāmo  
do preponderat infinita. D quantū merito  
posset homo solari capt⁹ seu vinculatus:  
plertim pp̄ fidē christi pdilectionē operā/  
tē. Nēpe talis hoc ipso sureis catenis for  
tissimis alligaref christo cui sic alligatū esse  
est veri⁹ in celo qz in terra esse: et p̄ sequens  
qz in tra captū vel vinctū esse: imo cēsend⁹  
est talis i tra nō ec. Profecto enī modicū p  
nichil reputat. Un si minim⁹ digit⁹ me⁹ so  
lus esset in carcere: nemo p̄ hoc incarceratū  
me iudicaret. Sed certe fīm Augustinum:  
minus est totū corpus respectu anime: qz sic  
digitus minim⁹ respectu residui corporis.  
Quare parim cogitatiōe et auiditate i illa

# Liber

eterna patria puerat<sup>9</sup>. cēsendus est intra  
nō esse. vbi est scđmminimā partē sue sub/  
stātie circūscript<sup>9</sup>. Nec de carcere tristēns  
aut enī ex delicto carcerēmeruisti: aut iustus  
existēs mini me deliq̄sti. Si detur primū: bo  
nū est tibi qđ h̄ luis delicta: hic te nō punito  
vel min<sup>9</sup> qđ carcere: incōparabilē alibi gra  
ui<sup>9</sup> luēda. Si vero detur fm. crede & nulla  
tenus dubites qđ penalitate indebita ha  
bebis delitias. Rursum iustus pro ɔfusionē  
carceris laudes habebit & solatia societatis  
De laudibꝫ qđē carceris sic dicit augustin<sup>9</sup>  
"Nō ita laudam<sup>9</sup> ioseph cū frumentū distri  
buebat: sic cū carcere ihabitabat. De sola/  
tio societas veromult<sup>9</sup> patet in locis. Nā  
Petrū. Paulū. Iohem baptistā socios ha/  
bet: & plurimos qđ vinc̄la & carceres experii  
suēt. Deniqz iust<sup>9</sup> p detētiōe carceris liber/  
tate habet celestis deābulatiōis. Unū quēad  
modū ad quendā ait Hieronym<sup>9</sup>. In fini/  
ta heremī vastitas te terret: s̄ tu paradisū  
mēte deābula: quocienscūqz cogitatione ac  
mēte illuc pscēder̄s. totiēs i heremo nō eris  
Ita ecōuerso dicere possū pari pacto. Si  
carcer te terret: paradisū mente deābula:  
quocienscūqz cogitatiōe ac mēte illuc pscen/  
teris: totiens in carcere nō eris:

**D**e excommunicacione et aliis cen  
suris inflictis: **Ca.** ix<sup>9</sup>

**D**omino hoc scias quod plati ecclastici sa-  
certotes: et principes sumi pontifices sunt  
medici spirales. eo quod tumore ptumacie: quod  
est utique periculosior omni corporali tumore  
inquantum mereatur penam gehennae: membris corporis  
christi mystici: et maxime dicto tumore infirmatus  
seu grauius adhibere hunc spirale medicinam  
cessure ecclastice: cuiusmodi est sententia exco-  
municatiois: suspensionis et interdicti. Hinc  
narratio de excommunicatioe dicunt iura: quod medi-  
cinalis est non mortalis: dummodo si in quem  
lata fuerit non pertinet. Qui enim excommunicatur  
ad hunc apostolum. excommunicatur: ut spiritus saluus  
fiat. Spiritus igit excommunicati ob tumore  
ptumacie in piculo esset salutis sue sine exco-  
municatioe. Et nimis hunc sufficit propter isolatorem  
solari enim solent homines de amarissimis  
medicinis propter spem salutis. Denique si sensu  
sententia excommunicatiois in te lata fuerit iusta  
ipsam non pertenes: sed de ipsa potius isolari  
tanquam de salubri medicina: que tanto est sa-  
lubrior: quanto ab excellenter apothecario:  
in cuius cordis apotheca non modo virtutes  
herbarum: sed omnium virtutum aromata continetur:

# Liber

est cōfecta. cū nō ab hoīe: vt dīcūtiura: sed  
fm sc̄tōs p̄r̄es a deo p̄cedere vīncula ecclia-  
stica dīnoīcānt. Uñ Chryso. Nemo p̄tēnat  
vīncula eccl̄astica. Nō enī est hō q̄ līgat: s̄z  
p̄ps q̄ hāc potestatē dedit hoīb̄: t̄ dños fec̄  
hoīes tāti honoris. Porro si sentētia iūusta  
fuerit te nō līgat: dūmodo alios p̄ p̄tēptū  
nō ligeris: s̄z magis paciēter ferēs excōmu-  
nicationē iūustā: celestē coronā: iuxta sentē-  
tiā augustinī mereberis. Ultiq̄ tāto magis  
p̄cīosa: q̄z sentētia sustinueris magis iūriosā.  
Hane si p̄ b̄ de excōicatiōis vīculo p̄solari  
volueris. de suspēsiōis t̄ interdicti vīnculis  
magis p̄solari valeb̄: qz sentētia excōicatiōis  
maiōr est fm se oīb̄ penīs eccl̄asticis. De-  
nig nō dubiū qn tua irregularitas t̄ habi-  
litas paupiorē te faciat t̄ in gradu hūi liorū  
te p̄stītuat: atq̄ sic ad ḡdū habitualis hūi li-  
tatis p̄fectiorē te disponat. Porro ḡd⁹ hūi  
liorē t̄ib̄ desiderāter ap̄lectēdū grā p̄fectio-  
ris hūilitat̄. t̄ b̄ merito te debet p̄solari: qz  
ḡdus p̄fectior hūilitat̄: nō modē p̄pali: s̄z et  
oī ornatū eccl̄astico p̄ apl̄ te ornabit. Au-  
di de b̄ Bernardū ad decorē hūilitat̄ p̄mēd  
dādū: mīn⁹ dīcētē t̄ pl⁹ intelligētē. Nullain  
q̄t splēdīdior gēma in omni p̄cipue ornatū  
sumū p̄tificis q̄b̄ humilitas.

**D**uodecim<sup>9</sup> liber cōtinet cōsolatiōnū remēdia cōtra illa turbatiua que opponūtur studio cōtēplatiōis z deuotiōis. Et habet capl'a. vii.

**I**n solatione sup carētia diuinorū z sacramētorū tēpore īterdicti.

**ii** De subtractiōe vſus sc̄pture. Cōditate

**iii** De subtractiōe deuotiōis z cordis aris

**iv** De carentia oportunitatis orandi vñ  
alia bona faciendi.

**v** De exauditionis tarditate.

**vi** De frustratiōe petitiōis p tēporalibꝫ.

**vii** De distractione pro aliꝫ vtilitate ac  
impedimento p tēplatiōis.

**D**e cōsolatiōe super carētia diuinorū  
z sacramētorū tēpore īterdicti. c. i.

**R**imo īgit q; vt estimo: diuīa offi-  
cia: z ecclie ſac̄mēta: z ſpecialiter  
ſacra ſ munio ſi nō eſſent inſdicta  
tpe īterdicti: ſpūm tuū recrearēt  
Eccemodo ad p ſolationē tibi ſit: q ſpūalis  
medic⁹ hāc recreationē v̄t cūq; inſdixit: p  
dietaſ mēbra corporis xp̄i myſtici nō ſana  
q̄ ml̄tu v̄let talit dietari. Nā h̄mōi abſtine-  
tia ē eis ſūma medicina: z ſi obxdiat medico